

L E S S V S

In memoriam piorum Manium

LECTISSIMÆ MA-
TRONÆ SARÆ SVRIÆ,

QVAE PLACIDE EXSPIRANS,
vitam cum morte commutavit, & ex hac la-
chrymarum valle ad æternæ beatitudi-
nis gaudia concessit,

Anno M. D. XCVIII.

*Pie recordationis & gratae pietatis ergo religiosissimè
prestitus,*

&

REVERENDO, CLARISSIMO.

QVE SENI, DN. STEPHANO ^{Episcopi} PA-
stori Ecclesie Schesæ dignissimo, Viduo mæstissimo, &c.

Patrono & Amico suo, amoris luctusq; contestandi gra-
tia conscriptus, dedicatus ac transmissus

à

FRANCISCO THEILESIO, SAXO-

Trantylvano, cliente obsequentis. & Amicis
ac Fautoribus ejusdem in Academia VVi-
tebergensi.

VVITEBERGAE,

Typis Simonis Gronenbergii. 1600.

Lit. Lat.

rec. A.

392, 37.

VII 16.

Grabschrift

Frauen Sara
Sawrin.

Ich alhier vnter diesem Stein/
Schlefft Herrn Essigs Frau
Sara fein /

Was nu der Jüngstag kompt herzu/
So wird sie wachn mit Freud
vnd Ruh /

Bei Christo / der sie machte frey
Vom Tod / der dir auch gnedig sey.

Der Ehrentugentfamen Frauen zu Ehren vnd
Christlichem Bedechnuß.

Franciscus Theil. Sch.

Vitæ & mortis.

VITÆ.



Vid sibi, MOR S, tua vult rabies?
 crudele quid ausum?
 In cunctos rabidè cur tua te-
 la jacis?

Cur non absistis miserandas edere strages?
 Desinis humanum nec jugulare genus?

MOR S.

Scilicet humanæ veteris vestigia culpæ,
 Iuris id in cunctos attribuere mihi.
 Sum data commissi merces lacrymosa reatus,
 Commissi diro crimine Patris Adæ.
 Hinc igitur cuncti terreno semine creti
 Coguntur falci subdere colla meæ.

VITÆ.

O crudele genus stygiis è cauitibus ortum!
 O superans qualvis asperitate feras!
 Vix orbi natos infantes tollis ab orbe,
 Et nondum natos, cum genitrice necas.

A 2

Tu

Tu fratres dirimis, nec parcis sanguine iunctis,
Tu dirimis stabili pectora juncta fide:
Vxores charas charis auferre Maritis,
Vxorúmque soles tu viduare thoros;
Nunc soboliq; suos sobolèq; parentibus aufers,
Nunc utrosq; simul sanguinolenta necas.
Nec generis splendor, nec opes te flectere pos-
Nò pietas, nò te permouet ullus honor. (sunt,
Sed quid opus multis? omnis tu causa doloris,
Omnis es in terris fonsq; caputq; mali.
Nonne tuas vires divina potentia Christi
Fregit? & eripuit jusq; decusq; tibi?
Mitius ergo tuis poteras sævire sagittis,
Te decuit membris parcere dira meis.

MORS.

Parcere si cuiquã possem, nã parcere vellem:
Ut perimam cunctos, lex mihi fixa manet.
Lex immota manet, manet irrevocabile ver-
bum,
Omnis homo ut subeat tristia jura necis.
Noli igitur duris ultrà me incessere verbis;
Stulta, quid adverso flumine nare cupis?
Non mihi, sed Diris lites intendis acerbis;
Si iuvat, in superos bella moveto Deos.

Nolle

VITA.

Nolle tuam sævam video te ponere mentem ,
Duritiem porrò me retinere lubet.

Perge, licet per me tumulos cumulare, ruinã
Sic tamen acceleras, ô malesana, tuam.

Dum licet, eja, noce, nil proficientia sparge
Tela, scias pœnam post caput esse tuam.

Tempus erit, nec longè aberit prænobile tēpus,
Supplicio & pœnas conveniente lues;

Mox ubi supremæ lucis sese offeret ortus,
Omnibus electis fabula, risus, eris.

Perpetuò crucianda ferū mitteris in Orcum,
Quando resurgendi nobile tempus erit.

At tu VIR FORTIS lacrymarum flumina siste:
Flere licet functos, flere tamen modicè.

Non TUA COSTA tibi periit, sed transtulit
ILLAM,

Omnibus ad mortem caussa, reatus Adæ.
Hoc obitu effugit tua dilectissima Conjunx,

Et varios morbos, & mala cuncta, suo.

Debuit illa tuæ solamen dulce senectæ,

Debuit esse ævi portus & aura tui.

Sequiùs at quia res longè hæc evenit, oportet
Ferre, quod imponunt Fata, Deusque tibi.

A 3

Idque

Idque feres æquis animis, solummodò tecum
Pressius evolvas tempora nostra, precor;
Aspice, quàm tetri versentur in orbe labores!
Aspice, quàm vita hæc sit schola sæva crucis!
Quis neget ergo ILLAM felicem jure vocari,
Quæ visa est animo non reuente mori?
Quæque hujus vitæ casus defugit acerbos,
Vicit & hoc obitu tristia mille suo.
Assertamq; sibi gratis, Rex ætheris alti,
Percipere æternùm gaudia summa jubet.
*Parce igitur lacrymis vir præstantissime, parce,
Parcite filioli, parcite filiola.*
Triste nihil patitur vobis charissima Mater;
Sed gaudet nitidâ sede recepta poli.
Gaudet, & æternos gaudebit sancta per annos,
Aspectûque fruens, colloquiòque Dei.
Tu nos Christe tuas itidẽ citò trãser in arces,
Est ubi vera salus, est ubi vera quies.

*Franciscus Theilesius, Sch. Saxo - Tran-
sylvanus, lugens ponebam VVi-
teberga.*



AD SARAM SVRIAM, &c.
piè defunctam.

Sic vita est hominum. Medio de fonte lepó-
rum

Tristior ingrata surgit amaror aquæ.
Te quoties hausisse rear mordacis aceti
Pocula, SURIACI proxima cura thori?
Nunc dubias exsuta vices & amara saporum,
Dulcia nectareo proluis ora mero.
Scilicet in cœli requie, Iehova diurnam
Dulcore æterno pensat amaritiem.

VVitebergæ faciebam

Fridericus Taubmanus, Fr.


Pœta C. & Professor publ.



EPITAPHIVM

ejusdem honestissima Matrone, S. S.

Hic SARA SURIADÛM rosa consita san-
gvine claro,
Immiti Parcæ falce resecta, jacet.
Dum Sol justitiæ Christus caput exerat almũ,
Et nova vivificum spargat in arva jubar.
Tunc



Tunc rosa SURIADUM translata in cœlica
tempe,

Perpetuò vitam flore & odore trahet.

Balthasar Mencius, Saxo, Nimec.

*M. Colleg. Philos. in Academia VVite-
bergenſi F.*



Ad Tumbam.

ESychiam flemus tumbæ sub marmore
opertam

Eccur? humanis ocyùs acta abiit.

Ocyùs ergo abiit? citiùs tonitralia cœli

Templa iniit. periit? ut nova stella fuat.

Ergo inhibe leſſus STEPHANE, haud tua mor-
te perempta eſt:

Sed micat æthereis stella venuſta plagis.

Leonhardus Angelus, Poët. Laur.



IN EXSEQUIAS SARAE SVRIAE.

SVRIA communes experta in morte dolores
Occidit; exſequias ite frequenter Anùs:

Quod

Quod facit hæc hodie, cras nos faciemus u-
trinque,

Effugiunt nullas structa feretra domos:
Non ars, non virtus, non bellica gloria, nõ æs
Immunem à lethi dant statione viam.

Sed fortunatum, Christiano nomine natum,
Denatum leni conditione virum!

Nõ feret æternam Mortali in corpore mortẽ,
Ex vita in vitam iussus abire novam;

SURIA ter-felix quã nunc agit otia SARA,
Súbque suis pedibus sidera pulchra videt.

Non illam nimum cari doleatis Amici,
Non periit, Christi fœmina nixa manu.

Improba quisq; fleat transactæ tempora vitæ,
Ne sibi perpetuos sopiat umbra dies.

*Ioan. Georgius Hochstaterus, Kittin-
gensis, Fr. Poeta Laur.*



IN TVMVLVM.

Qvam SARAM Hebræi, Dominam dixẽ-
re Latini,

Moribus imbutã ritẽ, & amore Dei.

B

Filia

Filia Pastoris, Pastori nupta Marito,
Molliter hoc tumulo SURIA SARA cubat,
Corpore sed tantum: Nam Mens facta incola
cæli,
Nomine quæ fuerat, re Domina in Domi-
no est.

Georgius Thurinus.



IN OBITVM EIVSDEM.

SI non plura mali series hæc agmina vitæ
Funderet in latebras pectoris atq; sinus:
Vnum sufficeret, vidui quòd damna Mariti
Cernimus, & viduos conjugæ sæpe thoros.
Cætera, quæ dantur, bona, quæque pericula
rursus

Sæva adimunt, extra nos, animosq; manent.
Solutus amor thalami, solæ tædæque jugales
Conjunctas mentes, corpora juncta tenent.
Non igitur mirum, peramaræ si fera mortis
Spicula sunt multis horridiora viris.
Nec nimis est mirum, si rupti fœdera lecti
Flemus, & is fletus pondus habere potest.

Sed



Sed juvat interdum fræno cohibere dolentis
Affectus animi, nec meminisse diu.
Nam qui tam firmo sociârat amore duorum,
Idem animos voluit solvere morte, Deus.

Paulus B. Göncius, Vngarus.



CHARITES MORTVAE SARAE
parentant.

Quas, ô quas lacrimas exprêsti, SURIA,
nobis,

O matronalis viva medulla chori.
Dum te perfragilis Libitina ergastulo ade-
mit

Corporis, & stygiam cogit habere domum.
O vanas hominum curas! ô tristia lethi
Spicula! Quò niveæ simplicitatis honos?
Quò matronalis fidei constantia? quòve
Cura domus patriæ? connubialis amor?
Scilicet hac cryptæ recubant adoperta sub
umbra,

Quam deflent Musæ, Iuno, Minerva, Ve-
nus.

B 2

Et

Et nostris quoq; se dolor illatebra vit acerbè
Mentibus, & tetulit cordolii omne genus.
Ut taceã, quos præco Dei, tua flãma, Maritus,
Pignora quos lëssus corde gemëte trahūt.
Iamq; vale, postrema dies superingruat, illa
Magna dies: & flos effigiëre novus.

Philipp. Eyslein, Bosphorano - Franc.



In obitum ejusdem S. S.

VNdiq; Sors hominem dubio pede volvit
iniqua,
Sævitiã vacuos nec sinit illa locos;
Illa rapit juvenes, queis stant in corpore vires;
Nec parcit canas commaculare comas.
Contigit id SARAE, cui ruptis stamina fuis,
Parcarum immites dissoluëre manus.
ESSYCHI interea placidè fer funera SARAE,
Dum melior rebus profluat aura tuis.

Christianus Rauppetius,

Kittin. Francus. fecit.



Grabschrift

Der Ehr vnd viel-
tugentfamen Frawen
Sara Sawrin /

Des Ehrwürdigen / vnd Wolgelarten
Herrn Steffan Ksigs / Pfarrhers zu
Scheesn / Ehlichen Hausfrawen / so
Anno 1598. im Herrn Christo selig
entschlaffen / vnd doselbstē Christ-
lich zur Erden bestatet /

Gott verley ihr vnd allen beständigen Christen eine fröliche
Aufferstehung zum Ewigen Leben.

Hier ehrlich begraben leyt /
Herrn Steffan Ksigs Fier vnd
Freidt /
B₃ Fraw

Fra. v Sara / so geboren recht
Aus der Sawren Stam vnd Ge-
schlecht /

Ihren Rhstand führt sie keusch vnd rein /
Zeugt Söhn vnd Töchter also fein /

Dem etliche der zeitlich Tod /
Von dieser Erd gerissen hot:

Drey Töchter / vnd ein einign Sohn /
Hat sie ihm Herren hinderlohn /

Als kam die zeit ihres Lebens zihl /
Zu scheiden ab durch Gottes Will /

Da hat sie ihre Seel vertraut
Dem Herren Christ / auff den sie
bawt /

Dann sie sein Wort mit fleis gehört /
Die Kirchendiener auch stets ehrt:

Ihm Herren vnd vertrautem Mann
War sie getrew vnd unterthan /

Darzu betrübt vnd arme Leut
Mit gutem Raht vnd hülf erfreudt /
Wie

Wie solches zeugen Jung vnd Alt/
Die Nachbarschaft auch mannigfalt.

Drumb wirt sie fort bey Gott dē Herrn
Recht leuchtē wie der Morgenstern /
Am Jüngsten Tag im Ewign Lebn
In grosser Freud vnd Ehrē schwebn /
Die vns erworben Christi Blut /
Vnd nur den Bleubign kompt zu gut.
Wer nu begert Lob / Ehr / vnd Freidt /
Der thue dergleichen allezeit.

M. Balthasar Menzius / von Ni-
meck in der Chur Sachsen.



Chrysoft. super Matth. 10.

Piis mors ultrà non est mors,
sed nomen tantùm habet mor-
tis: imò & ipsum nomen sub-
latum est.

Cyprianus Sermone 4. de Mortalitate.

Ejus est mortem timere, qui ad Christum nolit ire:
ejus est ad Christum nolle ire, qui se non credit cum
Christo incipere regnare.

Idem.

Hoc commodum præstat mors homini Christiano,
quòd ex periculis peccandi in non peccandi securita-
tem eum restituit.



Lit. Lat. rec. A 392, 37.